

145. EPIDENDRUM *floribus sessilibus terminalibus paucis.*

*Radix* repens supra ramos arborum, hinc inde flexa, *radiculas* filiformes, sat copiosas hinc emittens, compressas, flexuosas, geniculatas.

*Caules* erecti, semispithamales, compressi, foliosi, simplices.

*Folia* alterna, vaginantia, oblonga - vel oblongo-lanceolata, dorso carinata (*vagina* ancipiti, compressa, dorso acute carinata), uncialia, pallide viridia.

*Flores* terminales, caulis alterni, pauci (2 & 3 solum vidi) sessiles, *pedunculo* communi brevi elevati. *Bractea* sunt folia compressa, ancipitia, brevia, spathacea, obtegentia dimidium Germen.

*COR.* pentapetala: *petalis* tribus exterioribus ovato-acutis, parvis, sequilineæ longitudine, erectis, duobus superius, inferius unico.

*Nect.* petalis unitum cum Pistillo.

*PIST.* *Germen* magnum, ovatum, leviter compressum, longitudinate ex pilis lateralibus squama subulata adnata, margine solo soluto notatum. Reliqua in Flore videre non potui.

146. MIMOSA foliis bipinnatis paucis, floribus purpureis, siliquis linearibus angulatis subulatis aculeatis longitudinaliter dehiscentibus.

XV. 147 DRAGO ARBOR (*Arbor Draconis*) Indis *Mucanaya*, hade redan blommat, som ordinarit fader ske straxt efter regn-tidens förlopp.

*Arbor* alta, ramosa, *ramis* hinc inde erectis, modicis numero.

*Folia* h. t. pauca non ceciderunt, alterna, pinnata, digitalia, longa vel paulo longiora: *Foliolis* oppositis, oblongis, uncialibus, obtusis, leviter pedicellatis cum impari, glabra, h. t. pallide viridia. *Petiolus communis* teres; *partiales* teretes, brevissimi, lineæ longitudine, pubescentes.

*CAL.* monophyllus, tubulato-campanulatus, quinquedentatus: dentibus tubulato-acutis.

*COR.* *Vexillum* ungue oblongo, lamina subrotundo-cordata, patens, convexa. *Ala* lanceolata, vexillo paulo breviores. *Carina* brevis quoque videtur.

STAM.